



ERASMI ROTERODAMI EPISTOLA,
qua se excusat, cur mutarit monasticam
vitā, item habitū.

1
2
3
4

ERASMI ROTERODAMI EPISTOLAE
quae exstant cum primis necessarii
viti item fabricae

ERASMI ROTERODAMI
EPISTOLAE
quae exstant cum primis
necessarii viti item
fabricae

REVERENDO PATRI SERVATIO ERASMVS S. D.

Humanissime pater. Literę tuę per plurimorū manus iactatę tandem ad me quoq; peruenerunt iam Angliã egressum, quę mihi sane voluptatē incredibilem attulerunt, q̄ veterem illum tuū in me animū adhuc spirant. Paucis aut̄ respondeo, utpote ex itinere iam scribens, & ad ea potissimum quę tu scribis ad rem maxime pertinere. Tam varia est hominū sententia, & suus cuiq; auiū cantus, ut omnibus satisfieri non possit. Ego certe hoc sum animo, ut quod sit factu optimum, sequi velim, testis est mihi Deus. Nam si quid olim iuueniliter sensi id partim ætas, partim rerū correxit vsus. Nūq̄ fuit consiliū, vel vitę genus, vel cultum mutare, nō q̄ probarem, sed ne cui scandalo essem. Scis em̄ me ad id vitę genus tutorū pertinacia & aliorū improbis hortatibus adactū esse magis, quā inductū, Tū Cornelij Vuertemī cōuicijs & pudore quodā puerili fuisse retentiū, cum intelligerem mihi hoc vitę genus haud quā aptū esse. Nam non om̄ibus cōgruūt om̄ia. Ieiuniorū impatiens semper fui, idq; peculiari quadā corporis ratione. Semel excitatus a somno, nūq̄ potui redormiscere nisi post horas aliquot. Ad literas tm̄ rapiebatur animus, quarū istic nullus vsus, adeo nō dubitem quin si in liberius vitę genus incidissem, nō solū inter fœlices, verū etiā inter bonos potuissem numerari. Itaq; cū intelligerem me nequaquā esse idoneū isti ḡni vitę, & coactū, nō spōte, suscepisse, tum quia receptū est publica nostri sęculi opinione, piaculū esse a semel suscepto vitę ḡne desistere, decreuerā & hęc infœlicitatis meę partē fortiter ppeti. Scis em̄ me multis in rebus infortunatū esse, ac vnū hoc ceteris oībus grauius semper duxi, q̄ in huiusmōi vitę genus detrusus essem, a quo cū animo tū corpe essem alienus, Animo, q̄ a cerimonijs abhorrerem, & libertatis amans essem, Corpore, q̄ & si maxime placuisset vitę institutū, corpis natura nō ferebat eiusmodi labores. At obijciēt mihi aliquis annū p̄bationis, ut aiūt, & ætatem maturā. Ridiculū, quasi quis postulet ut puer anno 17 maxime in literis educatus, seip̄m norit, qđ magnū est etiam in sene, an anno vno id discere potuerit, qđ multū canī nondum intelligūt. Quāquā ipse nunq̄ probaui & gustauim iam in ulto minus, sed his quas dixi, rationibus sum irretitus, Tam & si fateor eū qui vere sit bonus, in quouis vitę genere bene victurū. Nec diffiteor me ad magna vitia fuisse propensum, non tamen

vsq; ad eo corrupta natura, quin si cōmodus accessisset guberna-
tor & vere christiāus, nō indoctus, superstitiosus, potuerā ad bo-
nā p̄ luci frugē. Hoc igitur spectauī interim, in quo vitę genere,
minime malus essem, At id sane, ne assecutum puto, vixi interim
inter sobrios, vixi in studijs literarū, quę me a multis vicijs auo-
carūt. Licuit cōsuetudinē habere cum viris vere Christū sapien-
tibus, quorū colloquio factus sum melior. Nihil iam iacto de li-
bris meis, quos fortassis vos contēnitis. At multi fatentur se red-
ditos eorū lectionē nō solum eruditiores, verū etiā meliores. Pe-
cunię studium nunq̄ me attingit, fame gloria nec tantillū tangor.
Voluptatibus & si qñ fui inquinatus, nunq̄ seruiui. Crapulam,
ebrietatē, semper horruī fugiq; , Quoties cogitabā de repetendo
cōtubernio vestro, succurrebat inuidia multorū, contēptus oīm,
colloquia q̄ frigida, q̄ inepta, q̄ nō sapientia Christū, cōuiuia q̄
laica, Deniq; tota vitę ratio, cui si detraxeris ceremonias, nō vi-
deo quid relinquant expetendū. Postremo, succurrebat corporis
imbecillitas, quę iam etate, morbis ac laborib. aucta est, quę facit
vt nec vobis satisfactorius essem, & me ipsum occiderem. Iam
annis aliquot obnoxius sum calculo, graui sane malo & capitali.
Iam annis aliquot nihil bibo nisi vinū idq; cogente morbo, nō
fero quēuis cibum, nec cęlum quidē quodlibet, nā morbus hic
facile recurrens maximā postulat vitę moderatiōnē, & noui cęlū
Hollandicum, noui victus vestri rationē, vt de moribus nihil dis-
cam. Itaq; si rediissem, nihil aliud fuisset assecutus, nisi q; vobis
molestiā attulissem, mihi mortē, Sed tu forsitan bonā fœlicitatis
partē existimabas inter confratres emori. At fallit ac imponit ista
persuasio, nō solū tibi, verū etiā p̄p̄modū vniuersis, in loco, in
cultu, in victu, in ceremoniolis quibusdam CHRISTVM &
pietatē collocamus, Actū putamus de eo qui vestē albā cōmu-
rarit in nigrā, qui cucullā pileo verterit, qui locū subinde mutet.
Ausim illud dicere, magnā pietatis christiane pernitiē ex istis, q̄s
vocāt religionib. exortā esse, tam & si pio fortassis studio primū
inductę sunt. Deinde paulatim creuerūt, & ī sex milia discriminū
sele sparserunt. Accessit summorū pontificū autoritas, ad nimīū
multa facilis & indulgens, Quid em̄ laxis istis religionib. cōspur-
catus, aut magis impiū. Iam em̄ ad laudatas si te conferas, imo ad
laudatissimas, preter frigidas quasdā & iudaicas ceremonias, haud
scio quā CHRISTI reperies imaginē. Ex his sibi placent, ex his
alios iudicant & condēnant, quāto magis est Christi sentētia, to-
tū orbē christianū, vnā domū, & velut vnū habere monasteriū,
Oēs Canonicos & cōfratres putare, baptismi sacramētū, summā

rimone

mors p̄p̄ p̄m

religionum multa

rimo

religionē ducere, nec spectare ubi viuas, sed q̄ bene viuas: vis ne
sedētabilē figere qđ ipsa etiā suadet senectus: At laudatur So-
lonis, Pythagorę, platonisq; peregrinatio, vagabantur & Apłi,
precipue Paul⁹, diuus Hieronymus, etiā monachus, nūc Romę,
nunc in Antiochia, nunc alibi atq; alibi, & canus etiam sa-
cras spequitur literas. At nō sum cū hoc cōferendus, fateor, sed
tñ nunq̄ mutauī locū, nisi vel peste cogente vel studiū causa vel
valetudinis. Et vbiq; vixi (dicā em̄ de me arrogantius, sed tñ
vere) p̄batus sum a p̄batissimis, & laudatus a laudatissimis, Nec
vlla est regio, nec Hispania, nec Italia, nec Germania, nec Gallia,
nec Anglia, nec Scotia, que me ad suū nō inuitet hospitium. At si
non probor ab om̄ibus, qđ nec studeo, certe primis om̄m Romę
placeo. nullus erat Cardinalis qui me non tanq̄ fratrem acciperet,
quū ipse nihil tale ambire, precipue vero Cardinalis S. Georgij,
Cardinalis Bononiensis, Cardinalis Grimanus, Cardinalis No-
uoforensis, & hic ipse qui nunc Pontifex maximus est, vt ne dicā
de ipsis archidiaconis & viris eruditis, atq; hic honos non tribue-
batur opibus, quas nec habeo, nec desy dero, non ambitioni, a q̄
semper fui alieniss. sed literis dūtaxat, quas nostrates rident, Itali
adorāt. In Anglia nullus est Ep̄us, qui nō gaudeat a me salutari,
bui nō cupiat me cōuiuā, quia nolit domesticū. Rex ipse paulo
ante abitū, quū essem in Italia, scripsit ad me suapte manu lras
amātissimas, nūc qđ de me sic loquit, vt nemo honorificent⁹,
nemo amātius, Et quoties eū saluto, blandissime cōplectitur, &
oculis amicissimis intuet, vt intelligas eū non minus bene de me
sentire, quā loqui. Regina conata est me sibi p̄ceptorē asciscere.
Nemo est qui nesciat quin si vel paucos velim mēses in aula Re-
gis viuere quātūlibet sacerdotiorum accumulaturū, sed ego huic
ocio meo ex studiorū laboribus om̄ia posthabeo. Cantuariensis
Ep̄us totius Anglię primas, ac regni huius Cancellarius, vir do-
ctus & probus me sic amplectitur, ut si pater esset aut frater non
posset amātius, Et vt intelligas hoc eū ex an̄o facere, dedit mihi
sacerdotiū centū ferme nobiliū. Qđ postea volēte me in pensio-
nē centū coronatorū mutauit ex mea resignatione. Ad hæc dedit
dono supra quadringētos nobiles, his pauculis annis, idq; nihil
vnq̄ petenti, Dedit vno die nobiles centum & quinquaginta. ab
Ep̄is alijs supra centū nobiles accepi gratuita liberalitate oblatos
D. Montioius hui⁹ regni Baro, quōdā me⁹ discipul⁹, dat annue
mihi pensionē centū coronatorū. Rex & Ep̄us Linconien. q̄ nūc
p̄ regē oīa p̄t, magnifice multa pmittūt. Sūt hic due vniuersita-
tates, quarum vtraq; ambit habere me Oxonia & Cantabrigia

Cue hōb fūmē

Anglon

Nam Cantabrigie menses complures docui græcas & sacras literas, idq; gratis, itaq; semper facere decretū est. Sūt hic collegia, in quib⁹ tm est religionis, tanta vitę modestia, vt nullā religionē sis p̄ hac nō cōtēpturus si videas. Est Londini D. Iohānes Colet⁹ D. Pauli decanus, vir qui summā doctrinā cū admirabili pietate collocavit, magnę apud omnes autoritatis, Is me sic amat, id qd̄ sciunt oēs, vt cū nemine, q̄ mecū vivat libentius, vt omittā alios innūeros ne sim bis molestus iactantia & loquacitate. Iam vt de operibus meis dicā aliqua, Enchiridion opinor te legisse, quo nō pauci fatentur sese ad pietatis studiū inflammatos, nihil mihi arrogo, sed gratulor CHRISTO. Adagiorū opus ab Aldo impressum, an videris nescio, Est quidē prophanū, sed ad omnē doctrinā vtilissimū, Mihi certe inestimabilibus cōstitit laboribus, ac vigilijs. Edidi opus de rerū & verborū copia, qd̄ inscripsi Coletō meo, opus vtilissimū concionatoribus. At ista contēnūt ij, qui oēs bonas contēnunt lras. His duobus annis preter alia multa castigavi Hieronymi Epistolas, adulterina & subdititia obelis iugulaui. Ex gręcorū & antiquorū codicum collatione castigavi totū Nouū Testamentū, ac super mille loca annotavi non sine fructu Theologorū. Cōmentarios in Ep̄las Pauli incepi, quas absoluā vbi hęc edidero. Nam mihi decretū est in sacris immortaliteris, in hisce rebus colloco ociū meū, In his magni viri dicūt me valere, quod alij non valeant, in vestro vitę gñe nihil valiturus sum, cum tam multis doctis & grauib⁹ viris habui consuetudinē, & hic & in Italia & in Gallia, Neminem adhuc recepi, q̄ mihi consuluerit vt ad vos me reciperem, aut qui hoc iudicaret melius. Quin & ipse foelicis memorie D. Nicolaus Vuittenerus qui te precessit, semper hoc mihi solitus est dicere, suadēs vt alicui Ep̄o me potius adiungerē, addens se nosse, & aīm meū ac suorū fraterculorū mores, nam ijs vtebatur verbis lingua vernacula, sed quid potius sequar, nō video. Nūc restat vt deornatu quoq; tibi satisfaciā, Semper antehac vsus cultu canonicorū, & ab Ep̄o Traiectino, quū essem Louanij, impetraui vt sine scrupulo vterer scapulari lineo, pro veste linea integra, & capiti nigro p̄ pallio iuxta morē Lutetiorū. Cū autē adirem Italiā videremq; toto itinere Canonicos nigra veste vtī cū scapulari, ne qd̄ offenderē nouitate cultus, veste nigra illic vtī cœpi cū scapulari. Postea pestis orta est Bononię, & illic qui curāt, peste laborātes, linteū albū ex humero dependēs, ex more gestant, hi cōgressum hominū fugitant, Itaq; cū die quodā doctū amicū viderem, qdā nebulones eductis gladijs parabant me inuadere, fecissentq; ni

Sign. f. r. f.

h. m.

matrona quedam admonuisset, ecclesiasticū esse me. Altero autē die, quū Thesaurarij filios adirem, vndiq; fustib. in me cōcurrerunt, & pessimis clamorib. adorti sunt, Itaq; a bonis viris admonitus, occultauī scapulare, & impetraui veniā a Pontifice Iulio. II vt ornatu religiōis vterer aut nō vterer, vt mihi visum esset, mō haberem vestem sacerdotalem, & si quid ante peccatū esset, ea in re nō literis totū condonauit. In Italia ergo perseueraui in veste sacerdotali, ne mutatio esset alicui scandalo. Posteaq; in Angliam redij, decreui meo solito vtī ornatu, & demū accersito amico qdā primę laudis, & in vita & in doctrina ostendi cultū, quo vtī strauissem. Rogauī an in Angliā cōueniret, pbauit, atq; ita in publicū pdij, statim admonitus sum ab alijs amicis eū cultū in Angliā ferre nō posse, vt celarem, celauī, & quādo ita celari nō pōt quin aliquando deprehensus, scandalū pariat, reposui in scrinio & vetere summi pontificis autoritate sum vsus vsq; adhuc. Ex cōicāt pontificię leges eū qui religionis habitū abiecerit, quo liberius inter seculares versetur, Ego coactus deposui in Italia ne occiderer. Deinde coactus, deposui in Angliā, qui tolerari nō poterat, quom ipse mltō maluerim vtī. At nūc denuo recipere plus gigneret scandali q̄ mutatio ipsa gignebat. Habes vniuersam vitę meę rationem, habes meū consiliū. Cupio & hoc vitę genus mutare, si quid videro melius, Sed in Holandā quid agam, nō video, scio nō conuenturū cū cęlo, neq; cū victu, Oīm oculos in me excitabo senex, & canus, qui iuuenis exiui, redibo valetudinarius, exponar contēptui, etiā infimorū, solitus & a maximo honorari. Studia mea cōpotionib. permutabo, nā qd̄ polliceris officiū tuū in inquirenda sede, idq; cū maximo, vt scribis, meo cōmodo, quid id sit non possum cōiectare, nisi forte collocabis me apud monachas aliquas, vt seruiā mulierib⁹, qui nec Archiep̄is, nec regibus vnq̄ seruire volui. Emolumentū nihil moror, nec studeo ditescere, modo tm̄ sit fortunę, vt valetudini & otio literarum suppetat, vt viuā nulli grauis, atq; vtinam liceat hisce de rebus coram inter nos cōmentari, Nā literis nec satis cōmode nec satis tute licet. Tuę em̄ quanq̄ per certissimos missę, sic tamē aberrarunt, vt nisi ipse casu me in arcem hanc contulisset, nūq̄ fuerim visurus, ac accepī iam a compluribus inspectas, quare ne quid scripseris arcani, ni certo cognoueris, vbi sim locorū, & nūciū nactus sis fidelissimū. Peto nunc Germaniā, idest Basileam editurus lucubrationes meas, Hac hieme fortassis futurus Romę, in reditu dabo operam, vt pariter colloquamur alicubi. Sed nūc ferme æstas preterijt, & longum est iter De mora Guilelmi Frans

July 1591

1591 - 1592

Hollandia

cisci & Andreę sciebam ex Ronstondo & illius vxore. Dominū
Henricū saluta diligenter, Reliquosq; qui tecū viuūt omnes, in
quos habeo eū animū, quē debeo, Nam pristinas tragediās meis
imputo erratis, aut si ita vis, meis fatis, Literas tuas terciā a pascha
scriptas accepi nonis Iulij. Rogo & salutem meam tuis pijs votis
Christo cōmendare non negligas, cui si certo scirem rectius fore
consultum, si ad vestrum rediero contubernium, hoc die ad iter
accingerer, Bene vale, quondam sodalis suauissime nunc pater
obseruā de, ex arce Hannensi iuxta Coletū postridie nonas Iulij.

L A V S D E O.

153250

AB 153250

ULB Halle 3
 003 070 336



Sb.


In principio in diebus
 et conceptus per et sic

in diebus
 uno et eo ressus
 et hinc hinc

et hinc hinc
 et hinc hinc







B.I.G.

Farbkarte #13

ERASMI ROTERODAMI EPISTOLA,
qua se excusat, cur mutarit monasticam
vitā, item habitū.

M
C
V

